ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 99v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



exemplum de se praua seminare. Quisquis enī lau
dis concupiscentiā calcare iam sufficit. edificationis
fraudem ꝑpetrat. si bona que agit occultat. & quasi
iactato semine germinandi radices subtrahit. quia
opus quod imitandum ē non ostendit. Hinc namq; in
euangelio ueritas dicit. Videant opera ur̄a bona &
glorificent patrem ur̄m qui in celis ē. Ubi quoq; illa
sententia promitur que longe aliud p̄cepisse uideat̄
dicens. Adtendite ne iusticiā ur̄am faciatis coram
hominib⁹ ut uideamini abeis. Quid ē ergo qđ opus
nr̄m & ita faciendum ē ne uideat̄. & tam̄ ut debeat
uideri p̄cipitur. Nisi quod ea que agimus occultanda
sunt ne ipsi laudemur. & tam̄ ostendenda sunt ut
laudem celestis patris augeamus. Nam cū nos iusti
ciam nr̄am corā hominib⁹ facere dn̄s ꝓhiberet ilico
adiunxit. ut uideamini abeis. Et cum rursus uidenda
ab hominib⁹ bona opera nr̄a p̄ciperet. protinus sub
didit. ut glorificent patrē ur̄m qui in celis ē.
Qualiter ꝯ uidenda ēent uel qualit̄ non uidenda
ex sententiarū fine monstrauit. quatenus operantis
mens opus suū & propt̄ se uideri n̄ quereret. & tam̄
hoc propt̄ celestis patris gloriam n̄ celaret. Unde fit
plerumq; ut bonū opus & si in occulto sit cū fit publi
ce. & rursus in publico cum agit̄ occulte. Qui enī impu